Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Korepiplius feria sexta ad Thymotheum
primo Idcirco sermo et oi acceptacione digni
In hoc enim laboramus et maledicimur: quia spe
ramus in deum viuum: qui est saluator omnium homi
maxime fidelium Precipe hec et doce Nemo ad
lescencia tuam contemnat: sed exemplum
esto fidelium: in uerbo: in conuersacione: in caritate.
in fide: in castitate Dum uenio attende lectioni
exhortacioni doctrine Noli negligere gratiam que
est in te: que data est tibi propheticam cum impo
sicione manuum presbiterij: Hec meditare in
hys esto: ut profectus tuus manifestus sit omni
bus Attende tibi et doctrine iusta in illis Hoc enim
faciens: et te ipsum saluum facies et eos qui te au
dit. Egressus iesus secundum Marcum dum
abiit in patriam suam: et sequebantur illum
discipuli sui Et facto sabbato: cepit in synagoga
docere Et multi audientes admirabantur in
doctrina eius dicentes Unde huic hec omnia
Et que est sapiencia que data est illi: et uirtu
tes tales que per manus eius efficiuntur Nonne
iste est faber filius marie frs iacobi et ioseph
et iude et simonis Nonne et sorores eius
hic nobiscum sunt Et scandalizabantur in
illo Et dicebat eis iesus Quia non est sine ho aplia
nore: nisi in patria sua et in cognacione sua et
in domo sua Et non poterat ibi uirtutem ullam
facere: nisi paucos infirmos impositis manibus
curauit et mirabatur propter incredulitatem
Adorate deum omnes Dominica tercia illorum
angeli eius audiunt et letata est syon et exulta